busque Friderico Sueviae, Berchtoldo Zeringiae, Godefrido palatino comite Rheni, Hermanno Marchione Badensi, Adelberto de Habesburch, *Friderico de Zulra* aliisque.

Guillimann Habsburg. in Thesaur. histor. Helvet. 59.

VIII.

Im Jahre 1115.

Bertholdus de Eberstein et filius sororis ejus, *Wecil de Zolra*, testantur donationem monasterio Reichenbacensi factam.

Kuen Coll. II. p. 64.

IX.

Zwischen 1115 – 1130.

Comes Fridericus de Zolra in placito apud Ofterdingen, coram Godefrido palatino comite, restituit bona monasterio Reichenbacensi abrepta.

Kuen Coll. II. p. 56.

X.

Kaiserliche Confirmation der Alpirsbacher Klosterstiftung.

23. Januar 1123.

In nomine sancte et individue trinitatis. *Hainricus*, diuina fauente clementia quartus Romanorum imperator augustus. Cuncta conspicientes, equale meritum credimus fore dantis et corroborantis. Credimus etiam ad regalem nostram maiestatem pertinere, tocius regni curas precipueque omnia ecclesiarum commoda considerare, et omnia eis aduersantia sub omni festinatione abolere. Bonorum igitur ac religiosorum uirorum *Rōtmanni* scilicet *de Husin*, *Adelberti de Zolro* et *Alewici* comitis de *Sulzo*, deuotionem perpendentes, et piis eorum desideriis benigne assencientes, beati Benedicti monasterium quod in suo predio fundauerunt, in loco scilicet hereditatis proprie qui uocatur *Alpirspach*, regia auctoritate nostra munimus, nostro imperiali banno statuentes, ut locus ipse cum omnibus adiacentibus vel appendiciis siue ad eundem locum pertinentibus villis, terminis, siluis, prediis mancipiis, et quecunque in futurum Christi fideles ad idem cenobium de suo iure obtulerint, firma semper et illibata permaneant. Decernimus etiam, ut nulli mortalium idem cenobium temere perturbare, aut eius possessiones iniuste aufferre, uel aliquomodo inminuere presuma[n]t. Abbas sane cum fratribus aduocatum sibi quem utiliorem prouiderint constituant. Qui si postmodum grauis et inutilis fratribus fuerit, remoto eo alium sibi preficiant. Nec alius aduocacie bannum a rege siue imperatore suscipiat, nisi qui abbate eligente et fratribus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

petentibus ad tantum officium dignus et ydoneus uideatur. Vt autem hoc preceptum nostrum stabile et inconuulsum permaneat, hanc inde cartam scribi et sigilli nostri inpressione iussimus insigniri. Si quis, quod absit, huius precepti nostri uiolator extiterit, auri purissimi C. libras conponat et scriniis imperatoris persoluat. Presentibus et petentibus principibus fidelibus nostris hoc fecimus, quorum ista sunt nomina. Bertoldus episcopus ecclesie Basiliensis, Conradus dux de Zeringin, Gotefridus comes palatinus de Calewo, Adelbertus comes de Lewinstein, fratruelis eiusdem Gotefridi palatini, Hugo comes de Tagesburc, Folmarus comes de Huneburc, Willehelmus comes de Lucelenburc, Adelbero comes de Areburc et frater eius Hermannus et ipse comes Conradus de Horeburc, Heinricus de Antirspach, Rudolfus de Windesle, Bern de Houewilr, Chono de Chunringin, Conradus de Ahenstein, Röm de Ascha, Fridericus comes de Saraburc, Eberhardus de Hilrispach, Mereboto de Grifinstein, Berchtoldus de Tannecko, Conradus de Franconeburc, Wecil et frater eius Ludewicus de Ascha, Sigefridus burcrauius, Gelfradus thelonearius. Signum Hainrici quarti Romanorum imperatoris inuictissimi. Philippus cancellarius recognoui, uice Adelberti Mogontini archicancellarii. Data Argentine anno dominice incarnationis M. C. XXIII., indict. I., X. Kl. Febr., feria III., Luna XXIII.

Nach dem, im Königl. Wirtemberg. Staatsarchive befindlichen Alpirsbacher Copialbuche, Papierhandschrift aus d. 15. Jahrh.

XI.

8. Januar 1125.

Heinricus Rom. Imperator S. Blasio vexatum jus liberae advocatiae asserit. Testes: Anserinus Bisunt. Archiepisc., Geroldus Lausanensis episc. etc. Principes: dux Fridericus, Conradus Ecclesiae St. Blas. advocatus, Godefridus Palatinus comes, Wilhelmus comes Burgundiae, Adelbertus comes de Habesburc, *Wecelo comes de Hegerlo*, Hugo comes de Tuingen, *Burchardus comes de Zolre*, Otto de Stuscelingen, Otto de Salmen, Thietelmus de Tochenburch, *Godefridus de Nuornberc* etc.

Datum Argentinae, Anno 1125, Indict. III., VI. Id. Jan.

Orig. im Grossherzogl. Bad. Generallandes-Archive.
Neugart Cod. dipl. Alemann. II. 56 ff. u. Dümge Regesta Bad. S. 33 fg.

XII.

Erneuerte Urkunde über die Stiftung des Klosters Alpirsbach.

Zwischen 1125 und 1127.

Quia deus dei filius ueritas est inuiolabilis, uniuersis personis ecclesiasticis catholicę religioni consentaneis, ueracibus pandimus argumentis, quod nos tres, Rûtmannus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf